Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod merito permittit Deus tales augures & superstitiosos decipi & in laqueum su[a]e vane incredulitatis incidere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Visual Library

quis euentus minus bonos quod non po teſt conuerti ad alia bona quę illo die contingunt.

Quod merito permittit Deus tales augures & ſuperſtitioſos decipi & in laqueum ſuę vane incredulitatis incidere.

VNde merito permittit Deus tales decipi, & in laqueo ſuę falſe credulitatis cadere: quia Deo odibiles ſunt. ſecundum quod ſcribitur Pſalmo. iii. Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue: vbi dicit Nico. de lyra. per ſomnia: auguria: & conſimilia: per quarum obſeruationem aliqui ſperāt euadere pericula & tribulatiões: ſed ſuperuacue obſeruāt; quia talis

obſeruatio inutils eſt & nociua: quia ſuperſtitioſa. Hęc ille.

Quod obſeruatores diei ſancti Vincentii: & conuerſionis ſancti Pauli ſunt vani & ſuperſtitioſi cum ſuis ineptis verſibus: quibus dicunt. Vincenti feſto. &c. Et clara dies Pauli.

EX quibus omnibus poſſumus inferre quod obſeruatores dierũ ſancti Vincentii & conuerſionis ſancti Pauli ſunt vani & ſuperſtitioſi cum ſuis verſibus ineptis quibus dicũt. Vincenti feſto ſi ſol radiet memor eſto. Para tuas cuppas: quia multas colligis vuas. & vltra. Clara dies Pauli: multas ſegetes notat anni. Si fuerint nebulę aut venti erũt pręlia genti. Hoc enim non poteſt ſtare: nec ratione naturali: nec theologica: nec aſtrologica probari vt ſupradictũ eſt: quia quod illa die ſol radia